

*S. asper* Hoffm. germ. II. 109. Fl. dan. n. 893. opt. Schultz. starg. suppl. 40. Tabernae. hist. 498. f. 1. Char. stirp. 316. f. 4. bonae.

*S. oleraceus* γ. Linn. sp. pl. II. 1117. ed. Willd. V. 1515. excl. syn. Blackw.

In arvis fertilibus, promontoriis occatis, β. in aggeribus siccis maxime laetatur inque illis caulibus magnitudine variat.

Stirps decantata, a nemine autem rite descripta, praeis rei herbariae statoribus, ipsi forsitan Plinio (Sonchus lactucae similis, nisi spinosus, caule cubitali, anguloso, intus cavo. Hist. N. XXII. 24.), ex habitu jam iconcruit, quam *S. falsi* lacis nomine in memoriam vocavi et ex seminum fabrica foliorumque proprietate diligentius distinxi. *S. asperi* nomen usuratum var. α. nostra et Blackwellii, Gaertneri aliorumque synonyma persumere videntur.

d. *Semina apice effigurata in stipitem pappophorum attenuata.*

†) pappo piloso.

### LIX. CICERBITA Wallr.

(Schk. t. 217. 218)

Calyx oblongus e foliolis inaequalibus. Receptaculum nudum. Semina in stipitem pappophorum rigidum attenuata. Pappus simplex sessilis pilosus persistens disco insertus.

Genus novum, medium quasi inter Sonchum et Lactuam, a Marcello Empirico \*) pri-

\*) Cicerbita idem ac Sonchus Graecorum. Dentium dolores lenire radices Cicerbitae Mar.

rum dictum, quod in hac semiflosculorum familia naturali eo rectius statuitur eoque magis necessarium est, quo gravius quaedam species inter utrumque vacillant et ab his auctoribus ad Sonchos, ab aliis ad Lactucas aequo jure relatae sunt. Et calycis indoles et seminum pappique disco stipitato inserti proprietates, in his plantis gravissimi momenti, distinctionem luadent atque vindicant. Quod Barkhausia inter Crepidem et Hieracium; in Cicerbita nostra inter Sonchum et Lactucam. Omnes species quaedam habitus naturalis communione congregantur.

Hujus generis sunt: 1) CICERBITA MACROPHYLLA *Wallr.* (*Sonchus Willd.*). — 2) CIC. BOREALIS *W.* (*Sonchus lapponicus Froehl.*). — 3) CIC. LEUCOPHAEA *W.* (*Sonchus W.*). — 4) CIC. FLORIDANA *W.* (*Sonchus L. Lactuca Boerh.*). — 5) CIC. ACUMINATA *W.* (*Sonchus W. Lact. villosa Jacq.*). — 6) CIC. CANADENSIS *W.* (*S. pallidus W. Lact. canad. L.*). — 7) CIC. INTYBACEA *W.* (*Lactuca Jacq.*). — 8) CIC. ELONGATA *W.* (*Lactuca Mühlenb.*).

Hae et quaedam aliae exoticae: ex indigenis sunt:

357. CICERBITA ALPINA *Wallr.* f. *Sonchus alpinus Hudf. Spr. hal. 224.* synonym. add. *Hieracium coeruleum Scopol. carn. n. 976.* *S. laevior australis Ill. coeruleo flore Clus. hist. II. 147. f. 1.* *S. coeruleus latifolius Chabr. stirp. 316. f. 6.* *Intybus platyphyllos hercyn. Thal. herc. 62.* — Rarissime occurrit inter Schmon et Wendelstein: frequentius in hercynicis.

358. CICERBITA CORYMBOSA *Wallr.* foliis inferioribus lyrato-runcinatis basi arplexicauli

*cell. Empir. c. 8. adleverat. Cf. Reinesf. ad Petron. fragm. p. 95.*

attenuatis, caulinis runcinato-pinnatifidis basi foliacea sagittatis, summis linearibus sensim minoribus, corymbo ramosissimo.

*Lactuca fricta* *Waldst. et Kit. hung. I.*  
47. t. 48. opt.

*L. quercina* *Spr. hal. 225. et al. auct. fl.*  
*germ. nec Linn.*

In dumetis der Steinklippe, in nemoribus caeduis ad Rofsleben satis vulgaris.

Radix biennis, napiformis, fibras aliquot emittens, fusca. Caulis solitarius ex eadem radice, simplicissimus, frictus, teres, striatus, laevis, foliosus, 2 — 4-pedalis. Folia utriusque glaberrima, tenera, venosa, pallide viridia, lubius pallidiora: radicalia petiolata, obtusa, varis; caulina inferiora lyrato-runcinata, laciniis oblongis subdifformibus sinuato-dentatis, extima majori irregulariter triangulari in petiolum laciniis sensim minoribus exstructum, amplexicaulem attenuata, caulina superiora pinnatifido-laciniata, laciniis omnibus sublanceolatis acuminatis sinuato-arguteque dentatis, aliis minoribus simul interjectis, basin sagittatam versus amplius dilatata (petiolus foliaceus), auriculis denticulatis porrectis: lumina e basi dilatata linearia, integerrima. Flores corymbosi, fastigiati: ramuli floriferi, teretes, infra calyces aliquot foliolis brevissimis tecti, demum patentissimi. Calyces oblongi, basi ovati, foliolis inaequalibus, exterioribus minoribus, dorso purpureo-maculatis. Corolla flava utriusque concolor. Semina oblonga, compressa, striata, atra, in stipitem pappophorum rigidum, concolorem attenuata, apicem versus alpera. Pappus disco inferus, seminibus brevior.

Varia foliis caulinis basi latioribus laciniisque angustioribus.

*Lactuca quercina* *L.* (Cicerbita) ex insula Carolina maris baltici, a nostra, radice perenni,

floribus pedicularis, frictis, foliis basi dilatis et aliis notis differt. Nullas video differentias inter Cicerb. nostram et Lactucam frictam *Kit.*: nomen triviale tamen retinere nolui, quoniam plurimis Cicerbitis caules erecti communes sunt.

359. *CICERBITA MURALIS* *Wallr.* foliis lyrate-runcinatis, laciniis lateralibus in basin obliquatis terminalique majore basi cordata subtriangularibus sinuato-dentatis, calycibus cylindricis calyculatis quinqueloris, panicula patentissima.

*Prenanthes muralis* *L. et succ.*

Veteres Cicerbitam nostram Soncho: *Gaertnerus*, *Lamarckius* et *Candolleus* *Chondrilla*: *Linnaeus* *Prenanthe*, geneti iusto et de novo inquirendo adscripsit, omnibus tamen locis hanc a reliquis speciebus, pappo stipitato alienam esse, admonuit. Hinc *Gaertnerus*, qui omnia genera accuratissime indagavit, in iconibus Lactucam dixit. Equidem feminum pappique indolem pro generis nota habeo essentiali. Florum numerus enim aeque ac calycis forma ambiguitatem producit, ut ex *Artemisiae* monogynae *Kit.* et *Ant. palmatae* *Lam.* aliarumque exemplis patet. Quod *Hieracium praemorsum* inter reliqua *Hieracia*: id *Prenanthes muralis* inter Cicerbitas, quae ex *Corolliflorarum* systemate in nostrum transit. *Habitus* denique occulte consulendus isque usque institutio neque disciplina addiscitur! —

## LX. BARKHAUSIA *Moench.*

(*Gaertn.* t. 158.)

Calyx ovalis e foliolis aequalibus dorso gibbosis polyphyllus, basi calyculatus, effoetus demum costivo-torulosus. Receptaculum nullum. Semina id

Stipitem pappophorum capillarem attenuata. Pappus sessilis pilosus mollis.

360. *BARBHAUSA FORTIDA DC.*, *Crepis foetida L.* — *Spr. hal.* 224. In arvis sterilibus ad Rofsleben an den Schachtbergen inque vineis: ad lacum salum abundat.

### LXI TARAXACUM Hall.

(*Gaertn.* t. 158. f. 7. *Schk.* t. 219.)

Calyx oblongus ex foliolis aequalibus polyphyllus, basi foliolis plurimis calyculatus. Receptaculum excavato-punctatum. Semina inaequalia apice mucicata. Pappus pilosus stipite conformi capillari suffultus.

*Taraxacum* genus antiquius cum *Hall. Juss. Lam. Roth. Desf. Vill. et DC.* restituendum esse, canon Linnæanus admonet.

361. *TARAXACUM OFFICINALE Vill.* *dolph.* III. 72. *Roth.* *Leontodon Taraxacum Linn.* — *Tarax. Dens leonis Desf. DC.* — *Leont. officinalis With.* — *Leont. vulgare Lam.*

Varietates existant innumerae: memorabilem et foliorum angustissimorum lacinjis linearibus insignem, ab *Hoppt* cl. proprio *Leontodontis taraxacoides* nomine datam et in collibus graminosis Tergesti lectam, passim in nostris quoque vidi v. c. ad Rofsleben, in collibus calcareis ad Steigenthal et alibi. Huc forsitan revocandus est: *Dens leonis* tenuissimo folio *Buxb. hal.* 96.

362. *TARAXACUM PALUSTRE DC.* — *Leontodon lividus Kit. Willd. Spr. hal.* 226. *Ann. bot.* 99.